propter merita patris ad extrema vitæ suæ tempora condonamus. In cuius rei etc.

Similis mutatis mutandis

Sigismundus etc. Significamus etc.

Consensisse nos consentireque per praesentes Generoso Paulo Scerbicz Decretorum nostrorum Notario ut possit et valeat de toto iure suo quodcunque illi ad Advocatiam in villa nostra Bejnowo ad Capitaneatum nostrum Ravensem spectantem datam atque ad sexennium in eas inscriptas ex libera cessione nobilis Alberti Mochlewsky non ita pridem eidem coram nobis facta competit in personam nobilis Pauli Scerbicz filij sui coram quibuscunque actis authenticis et coram officio quocunque etiam civili condescendere quae cessio posteaquam sic uti praemissum est facta fuerit nos eam non secus ratam habituri sumus ac si praecedente consensu nostro coram nobis ipsis facta fuisset. Et insuper eundem nobilem Paulum Scerbicz propter patris illius merita posteaquam cessio illi facta fuerit in possessione eiusdem Advocatiae cum omnibus eius attinentijs ad extrema usque vitæ suæ extrema conservamus. Promittentes verbo nostro Regio pro nobis et Serenissimis Successoribus nostris quod eundem Paulum Scerbicz iuniorem eiusdem Advocatiae possessione cum omnibus eius attinentijs non privabimus neque Serenissimi Successores nostri privabunt sed eum in pacifica eius possessione donec vixerit conservabimus et Serenissimi Successores nostri conservabunt. In cuius rei etc.

Mandatum ad cons: Lubl:

Sigismundus etc. Significamus etc.

Famatis Proconsuli consulibus Advocato et Scabinis civitatis nostræ Lublinensis fid. nobis dilectis gratiam nostram Regiam Famati Fid. nobis dilecti Tulimus decretum nostrum inter Honestam Dorotheam Gzebienicżka et cuiusdam puellæ Reginæ tutores Honestos Mathiam Drachowsky et N. Cives Lublinenses necnon Gregorium Muratorem itaque in causa quæ eisdem partibus coram Iudicio Fid. vestrarum occasione bonorum morte Honestæ olim Hedwigis Dominiczowa sororis germanæ eiusdem Dorotheæ intercedebat quæ bona quidem mobilia praedictæ puellæ alijsque praeter Gregorium legatarius fundos aream et bona immobilia actrici Dorotheæ Gzebienicżka et per cessionem litis per eam filio suo Joanni factæ eidem Joanni adiudicavimus Mandamus itaque Fid. vestris serio ut quamprimum ab eadem Dorothea vel eius filio praefato requisiti fueritis.